Ma il cavilloso appunto del Marini al Lusitano, questa volta solo di citazione incompleta, non può reggere perché egli per il personaggio trattato, non segue una regola precisa, a volte ne cita il nome di battesimo, a volte il solo cognome o addirittura soltanto la professione o il suo stato civile. In tutti i modi, che il Lusitano fosse a conoscenza del nome dello Zeffiro ce lo fa sapere il Saracini *nelle notizie storiche della città di Ancona*, allorchè ci riproduce il testo della lapide con tanto di nome di Pier Ventura Zeffiro apposta nella fortezza in parola dal 1535, e sicuramente in sito nel tempo del Lusitano. (55) Nel luglio del 1549 egli cura, ma con esito infausto, Caterina figlia del patrizio ragusino Giovanni Gondola ... «*pulcherrima virgo aetatis septendecim annorum ...*» (56) Ai fratelli Giovanni e Benedetto Gondola, rettori del senato di Ragusa e rappresentanti della loro città presso Ancona, il Lusitano dedicò le tirature del *Commento al Dioscoride*, eseguite dopo quell'anno. (57)

Egli è accolto con molta stima, anche dalla famiglia di Giovanni Antici, patrizio anconitano e console presso Venezia, incarico mantenuto dalla famiglia Antici per diritto e tradizione. (58)

Ecco che l'architetto di Paolo III in Ancona, è ferito in un duello, e per questo ne muore, ma la citazione purtroppo è senza il nome, e malgrado le nostre accurate ricerche, non ci è stato possibile individuarlo fra i veri maestri dell'arte muraria, al servizio del sommo pontefice. (59)

Comunque l'osservazione rappresenta così come è, un gran bell'esempio di perizia medico-legale del tempo. Il povero architetto aveva ricevuta una profonda ferita di spada nell'epigastrio ... «*perquae intestina gracilia exerunt ...*» E siccome i chirurghi che avevano prestata la loro opera ... «*intus intestina reduxere, quae illesae esse dixerunt, quia nullum inde stercus exierat...*» Il Lusitano nel confermare in parte la diagnosi, la rettifica più scientificamente con una bene indovinata espressione ... «*Caecutiebant hic chirurghi in hoc ...*» non ci vedevano dunque quei chirurghi perché il non interessamento del tenue, che avevano elegantemente ridotto in cavità, era stato dedotto soltanto dal segno che non vi era stata nessuna fuoriuscita di feci.

Curatio nonagesima secunda, de ventriculi antiqua erosione, & capitis destillatione, ac tussi ingenti sicca, & nonnullis alijs, quæ aegrotam ad obitum traxerunt.

CATHARINA filia magnifici, & generosi Ioannis Gondulani, patritii Raculini, pulcherrima virgo, ætatis septemdecim annorum: quæ à teneris annis apud monachas D. Bartholomæi ageret, non ea intentione, ut ipsa monacha futura esset, sed pater illi maritum virum probum affectans, interim apud illas commorari statuit. Hæc igitur quum apud illas ageret, circa os ventriculi erosiones perfentire cœpit, nõ eo tamen ut ex illis ingens perciperet nocumentum: grandior tandem facta, ægrius erosiones ferebat, quia magis ingrauescebant, & caliditatem ingentem circa ipsum ventriculum cum morsibus illis patiebatur. Mala igitur qualitate per tam longum tempus in ventriculo impressa, necessum erat inde alias per communionem quædam oriri: veluti fuit à capite destillationem in stomachum ipsum, unde dolores intensiores facti sunt, & ad pectoris regionem, unde tussis sicca, & ingens oriebatur: demum, ut paucis concludam, ob impressam malam intemperiem in ipso ventriculo, ob otium, merorem: quia tanquam carceribus retenta manebat, feminis retentionem & iecur calidum, pituita salsa orta est, ut in Scholijs indicabitur, quæ in caput obrepens, & per continuum adscensum debilius factum, pituitam ipsam discutere non ualebat: unde ad pectoris cavitatem per asperam arteriam, bronchum distam destillans, tussim siccam concitabat, & febrim quotidie per duas vel tres horas cum quodam membrorum tepore mouebat. Nam tussis frequentissima, ut dixi, erat, & illi quidem sicca, ex falso humore exasperante membranam, asperam arteriam intrinsecus ambientem, ex qua timor erat venæ rumpendæ, ita ut postea euenit, cum quibus & ingens capitis dolor erat, & membrorum grauitas, & sitis cum falso sapore continua, quinimmo parum dormiebat, & in stomacho intensam caliditatem, febris tempore sentiebat: & eo tempore quò non tussiebat, pectoris magnam constrictionem incurrebat, & difficile

difficiliter spirabat, quod non aliunde euenire certus eram quàm à multo humore destillante, asperam arteriam repletam, & coarctatam habente: hic enim est tantorum morborum & affectionū uariarum concatenatio, cum quibus mensis semper cursum suū solito tempore habuerunt. Pro quibus curandis uarij Medici accersiti sunt, quorum primus Guidus, qui nunc apud Fulginates ex conducto Medicus agit, sanguinem per uenæ sectionem illi extrahere fecit, cui ipse ac Federicus Seuerinus superadditi sumus, per duos longos annos in eadem perseverantes curatione: quartus Ioannes Lucensis Reuerendissimi Cardinalis de Sancto Angelo Medicus doctilissimus: quintus Hieronymus Fulginas, qui & nunc apud Anconitanos agit. Quia igitur morbus ex ore uentriculi originem habere cœpit, circa eum primum animus aduertere, cæteris non despectis opus erat qui ut multis indiciis percepimus, à multa pituita uiscida crassa & tenace tenebatur: proinde ad oxymel, & hierā Galeni simplicem, ex septem rebus compositam confugimus, quæ etsi Galeni dicatur, ea potius tamen Andromacho tribuenda est, ut ab illo octauo lib. de Cōpositione medicamentorum secundum locos colligitur, immo Andromachum ex Themisone uiro Prisco, & Asclepiadis discipulo eam accepisse, Aëtius refert, & Galenus non negat: habet igitur hiera hæc Galeni simplex dicta ad istum modū. R. aloes Indicæ ʒ. xc. mastiches, cinnamomi, assari, croci, spicæ Indicæ, xylobalfami, ana drach. vj. misce, & cum melle despumato fiat hiera picra simplex dicta, cuius drachmam vnam cum agarici scriptulo & oxymelite, catapotia parare faciebamus: quibus plerunque post attenuatam cum oxymelite materiam utebatur: quanquam & scamonium & fortiora nonnunquam prædictæ hieræ adiungebamus medicamenta: renitens enim humor hic erat, ac solutu difficilis, ut ad scyllinum oxymel deuenire sæpe quoque opus fuerit. Cæterum, quia à capite facta destillatio, multum urgebat: quia ex ea stomachi affectio magis intendebatur, & tussis ingens sicca oriebatur, & in somnis ægrotus perseverabat: circa eam multum solliciti quoque eramus: & eo magis quia humor destillans acutus, & salus erat, syrupum igitur hunc descripsimus. R. syrupi violacei, iuiubini, ana ʒ. sem. papaueris ʒ. i. aquæ lactucæ ʒ. iii. misce: quatuor igitur interpositis diebus, in quibus ieiuno stomacho in aurora, & quando ibat dormitum ebibit, ac de ventris respondentia habita sollicitudine, pharmacū hoc propinauimus, quod habet. R. pulpæ cassiæ nouiter extractæ vnciam vnam agarici boni nouiter parati ʒ. i. & sem. syrupi rosati

Fatto al quale il Lusitano ben giustamente dà la seguente spiegazione ...«*non inde per ea stercus emitti necessarium est, quia in intestinis gracilibus stercus nullus reperitur: Sunt enim viae deductionis chyli...*» Ma non so sdi-sfatto ancora, sulla scia del Benivieni, di cui era un fervido ammiratore, e sulla sua esperienza ed abilità dissettoria, ricorre alla conferma anatomopatologica che gli dà questo risultato ...«*Sequenti vero die obiit, cuius cadaver disseccare fecimus, et stomachi infimam partem incisam conspeximus...*» (60)

Ma la folla dei personaggi importanti, gli affari nella storia di una città nel tempo, non si arresta qui. Ricorrono i nomi dei Margareti, Trevisani, Racani, Cordella, Amiani di Fano, Ferretti e di tanti altri. (61)

Nel 1550, cura in Ancona la sorella del sommo pontefice Giulio III, donna Jacoba del Monte, (62) e per costei naturalmente, fa ricca la storia clinica di una lunga discussione, uno dei suoi corsivi interminabili. Cura anche la nipote del famoso Balduino Fiorentino, monaca di S. Bartolomeo, (63) un Racano, un Cordella, Vincenzo Vergilio, *prior dignissimus*, del monastero anconitano dell'Ordine di Sant'Agostino; consanguineo di quell'illustre personaggio che fu Polidoro Vergilio da Urbino: lo storiografo ufficiale della casa reale inglese ed autore della *Historie Anglica*, che in quel tempo si era già ritirato nella sua patria. (64) Ed ancora, ma la lista sarebbe molto lunga, il pubblico notaro Marinangelo di Staffolo, che viene curato per una *scabbia generalizzata*, usufruendo per questo, di tre consulenti di eccezione, il Trincavelli, Bartolomeo Abioso e l'Orsato, (65) nonché l'anconitano Bartolomeo Tommasi, che fu console presso i fiorentini ed ancora nella nostra città, Fabrizio dei Medici dell'illustre famiglia fiorentina, osservazione molto interessante anche per la discussione che la completa avuta col suo nipote Brandano. Descritto nella costituzione fisica e caratteristiche degli spagnoli, nell'osservazione XVI della V centuria (66).

I suoi malati si susseguono dal nobile al diplomatico, dal religioso al notaio, allo scalpellino (lapicida), al sarto (sarcinator), al rivendugliolo (propola), allo speziale (farmacopula), al banchiere (trapezita), al mercante (mercator), al soldato che torna dalla guerra di Siena e che mette a frutto quella somma guadagnata col mestiere delle armi, aprendo e gestendo un'osteria alle Torrette «ad Turrim», (67) Costituendo questi brevi cenni una indicazione di notevole interesse sulle arti, mestieri e professioni esercitate nella città, sino a fornirci in qualche caso delle indicazioni sull'urbanistica, come nella memoria LXXVII della IV centuria in cui così inizia a dire ...«*Andreas Caupo, qui in via stricta ed angusta habitat...*» (68)

*Curatio sexagesimasexta, de vulnere quodam inflictio
in quinta costa.*

P **ARISIVS** miles Coronelii ense perfoſſus fuit, per tranſuerſum vulnus illi inflictum fuit in pectore, ita ut quintam coſtam dextram ab ſpuris computando vulnus occupauerit, quod in ſiniſtra quoque ex directo respondebat. Huic cæterum ſanguis illico ex baſilica extractus fuit, & ſequenti die illi bolum caſſiæ propinauimus, ac ſic in nullum deuenit ſymptoma: nec enim tuſiuit, aut in febrim incidit, quæ duo ſigna attendantur, nullum internum viſcus præcipuum læſum fuiſſe: per utrumque enim vulneris os linamentum digitalis longitudinis, & craſſitudinis cum debitis et neceſſariis medicamentis immittebatur. Nam quum locus neruis admodum interſeptus ſit, medicamentis illis reſpectum habentibus, uti neceſſum erat: proinde digeſtuo dicto medicamento, & crocus & lumbricorum oleum, ueluti Hippericonis ex abietino compoſitum miſcebatur: fuit autem hic ſanitati reſtitutus intra paucos dies, & à Chirurgo Petro Camerini optimè curatus.

*Curatio ſexageſimaſeptima, de uulnere quodam inflictio
inter umbilicum, & os uentriculi.*

A **RCHITECTVS** Pauli III. ſummi Pontificis: uir qui ob raras eius dotes ab omnibus in precio habebatur: quum apud Anconam ageret enſe perfoſſus fuit inter umbilicum, & os uentriculi tranſuerſaliter, hoc eſt ab uno latere ad aliud: adeo ut ab utroque latere uulneris oſcula magna apparerent: per quæ inteſtina gracilia exierunt, ad quem quum Chirurghi acceſſerunt intus inteſtina reducere, quæ illaſa eſſe dicebant: quia nullum inde ſtercus exierat: ac ſic cutis uulnera ſuerunt, ab utraque parte oriſcium dimittentes: in ſingulo quorum linamentum immittebant. Sequenti verò die obiit, cuius cadauer diſſecare fecimus, & ſtomachi infernam partem inciſam conſpeximus.

SCHOLIA.

S C H O L I A .

CAECVTIEBANT hic Chirurgi in hoc, quod dicebant intestina laesa non esse: quia inde steruus non exierat, quem si intestina gracilia laesa & incisa fuissent, non inde per ea steruus emitti necessarium esset: quia in intestinis gracilibus steruus nullum reperitur: Sunt enim viae deductionis chyli: ex quibus meseraica hiantes venae ad iecur alimentum trahunt: vnde Auicennam in hac re hallucinari, qui steruus formam substantialem in stomacho recipere contendit, certum est: quem quoque secuti sunt eius enarratores, praecipue Iacobus Foroliuensis, ac Alexander Benedictus, veluti ante eos Cornelius Celsus. Caterum, occurrit dubium non vulgare in praesenti. An ventris vulnera ex toto debeant sui, vel potius in illis orificium aliquod sit dimittendum: cui respondet Petrus ab Argelata non infelix Chirurgus, quod ex toto vulnera ventris debeant sui: quia aliter intestina multum alterarentur: sed dicit forte aliquis, immo oppositum agendum videtur, quia si non aliquod orificium ibi maneret sanguis concretus abcessum faceret. Respondet Argelata, ventris partes esse exanguas, & quod pauculum illum sanguinem natura ad emunctoria emittere poterit, & eo magis si à Medico cum medicamentis sanguinem dissoluentibus adiuta fuerit, inter quae coagulum leporis palmam obtinet.

Curatio septuagesima quinta, de vlceribus Telephii & Chironiis dictis, spurias costas occupantibus.

INCENTIVS Virgilius monachus ordinis sancti Augustini apud Anconitanos Prior dignissimus, & Polydori Virgilij Vrbinatis, viri hac nostra ætate, vteius attestantur monumenta doctissimi, consanguineus, vlceribus malignis circa costam mendosam ad spinam versus scatebat, & illis quidem exijs quæ Telephia, aut Chironia dicuntur, ad quem quum primum Anconam veni sum vocatus, & eum quinquagenarium conspicio hilarem, sanguineum, hirsutum, optimi profectò habitus: conspèctis igitur vlceribus, ea esse diximus, quæ supra annotauimus: vnde enim ortum traxerint, quum inquiri, ignorare respondet, nec vltra eundum erat, præsertim quia cum viro religioso agebamus, antiqua esse vlcera fatebatur, contra quæ iam olim decoctum ligni guaiaci per triginta dies ebiberat, & bene habuerat, ac vlcera quodammodo sanitati restituta fuerunt, sed postea temporis discursu repullularunt. At causis pro catharticis extrinsecis, siue primitiuis dictis posthabitis, quæ parum ad morbi curationem faciunt, hominem tractare cepimus ordine sequenti: primo optimo victus ordine instituto.

R. Syrupi de fumo terræ ʒ.i. boragin. ʒ. se. decoctionis senę, in qua maduerunt flores fumi terræ ʒ.iiij. misce: istum verò syrupum mane ieiuno stomacho bibebat, & in nocte tribus à cæna horis, in cuius ebibitione, per sex perseverauit dies: in quibus quoque, quum præsens esset Chirurgus, nobis cura fuit antrosâ illa & cauernosa vlcera ad benignitatem reducere, pro qua complenda operatione: primo pulueres ex percipitato, quod ex argento viuo, & aqua forti argentariorum ad ignem concinatur, vlceribus illis indere iussi, vt tandem corrosa putrilagine, latiora & patentiora fierent: postea verò ad vnguentum Aegyptiacum & Apostolicum deuenimus: simulq; ad digestiuum dictum, & mundificans medicamentum. At exterius in splenijs vnguentum de plumbo & minio, ac rutia admouebatur: quibus antrosâ illa, ac maligna vlcera, ad cicatricem peruenerunt, nec

L 4 amplius

amplius reciduarunt, quia post tertiam & quartam adhibitam cum catapotis purgationem, ex nitro dictis Alexandri & foetidis, ac de fumo terræ, ad decoctum guaiaci peruenimus, quo per quinquaginta dies integros in potu vsus fuit. Non ab re tamen fuerit hic describere ordinem, quo vsi sumus, in hoc præbendo decocto, qui talis habetur. R. Scobis ligni guaiaci raulum nigri & vn̄uosi habentis, lima parati vncias viij. corticum resinoforum vncias quatuor: præstant enim cortices huius ligni resinam multam habentes in hoc morbo: quia multis modis exsiccant, cum caliditate tum siccitate sua, & imbibitione, quibus qualitatibus sudorem possunt prouocare, tum & subtiliare, & liquare materias; & abstergere: ac, quia resinosi sunt, putrefactioni & contagioni quoque obsistere possunt: vnde mirari satis non possum Hieronymi Fracastorij Veronensis, viri omnium votis doctissimi: quum cortices ligni huius guaiaci ab opere medico eliminat, vt apud ipsum est legere libro tertio de Curatione morborum contagiosorum, capite decimo. Receptui igitur canentes dicamus, quod scobs, siue puluis ligni & corticum, eo pondere vt diximus in libris quindecim aquæ infunditur per horas viginti quatuor in olla librarum sexdecim capaci: dein lento igne coquitur, collecta diligenter spuma & seruata ad ulcerum lauationem: donec ad libras sex perueniat: tunc facta colatura, iis sex libris decoctionis, in ollula uitreata eas recipiente, adde folliculorum senæ unciam unam, & ad ignem quum parum calsierit, optimè cooperta dimittatur quoulsq; frigeat, & à sena percoletur quod primarium decoctum dicitur: cuius in aurora pondus septem, uel octo unciarum bibebat, & bene lectulo coopertus & calidus, in sudorem ueniebat, quem per tres ferè horas ferebat. Cæterum post absterisionem sudoris, interpositis una uel altera hora, un. iiij. biscocti panis pro prandio absque obsonio aliquo exhibebantur: interpositis uerò horis quinque à prandio totidem uncia biscocti pro cæna offerebantur: rursus à cæna quatuor horis, prædicti decocti uncias sex bibebat, & optimè ferebat, & copiosissimè sudabat: porrò secundarium decoctum quo aquæ uel uini uice utebatur ita parabatur: relictis autem scobibus, pulueris ligni noui unc. iiij. addebamus: quibus totidem aquæ libras iniiciebamus: quas ad tertie consumptionem decoquere permittebamus. Cæterum, primum decoctum, sic sena confectum primis quindecim diebus illi obtulimus. Sequenti uerò tempore absque illò eum ebibit: sed unum hic præterire non est opus, quod singulis decem diebus

Curation. Medicin. Cent. I. 169

diebus ægrotus hic, ex drachma catapotiorum nitri Alexandri purgabatur: quo ordine intra quinquaginta dies sanitati integrè fuit restitutus, in quib. mirum dixerim, solo biscocti pondere dicto, absque obsonio aliquo, cum prædicto secundario decocto, in uictu contentus fuit.

*Curatio vigesimatertia, in qua agitur de apoplexia illi-
co interficiente, & de apoplectico paroxysmo tres
dies perdurante.*

D I D A C V S Ferdinandus à Lapide, vir qui diu apud Indos egit, & inde nobilem lapidem adamantum magni precij & ualoris attulit, vnde illi cognomen à Lapide inditum fuit: quum septuagesimum ætatis suæ prope annum ageret, & optime ualeret, apoplexia correptus fuit, ita graui & forti, vt illico mortuus conciderit, neque pulsus aut respiratio vel minima apparuerit, quæ plerunque per aliquod vel breue tempus comparere solêt, vt in speculo percipitur, vel gossipio subtiliter carpto naribus admoto, & ori, vel tcutula aquæ plena pectori superposita, aut alijs similibus. Obijt autem vigesimo secundo die mensis decembris, anno 1552. Sed quum hæc scribo, memoriæ occurrit, olim apud Ferrariensēs puellam quandam apoplexia detentam fuisse, quæ ab omnibus medicis pro mortua habebatur. Cæterum, cū mater puellam summopere amaret, eam nō ita facile sepeliri permisit,

Soprattutto sfilano nelle sue osservazioni in gran numero gli uomini del porto, i navigatori, con la precisazione delle loro provenienze, delle rotte abituali, e fatto ancor più interessante, delle mercanzie che scaricavano ed esportavano. In una Enarratio del *Dioscoride* la XI^a del I libro (*de Malabatro*), come non dover annotare questa notizia? ...«*quod hodie verum ex India delatum, Anconae habemus...*» E in una memoria, la LVII^a della V centuria, abbiamo modo di far conoscenza con un *Luca Ligurus, vir robustus* e grande esploratore delle vie del mare, affetto da una complessa sintomatologia provocata dal *morbo gallico*, ma corredando le notizie con l'indicazione della sua rotta usuale ...«*quum ex Alessandris, Anconam navigaret ...*» (69)

Un altro mercante, che ammalia per un carbonchio, arriva da Antibari, Halì turco sbarca in Ancona da oltre Costantinopoli, (70) Altarasio dalla Turchia; mentre Halì Didaco della Pietra, dalle Indie (71); ed è di bell'interesse la spiegazione che il nostro dà alla derivazione del cognome *della Pietra*, assieme al contenuto scientifico della memoria, che è la XXIII^a della IV centuria, riguardante le morti presunte. (72) Così vediamo giungere in Ancona una varietà infinita di gente da Bari, da Napoli, da Firenze, Ferrara, Venezia, ed altre dalle vie del mare, mentre molto pochi vi pervengono dal restante delle Marche. Ancona nella cronaca del Lusitano, che è poi una conferma ai documenti, è tutta protesa altrove. Verso le coste vicine della Dalmazia e lontane dell'Oriente con i suoi traffici marittimi, mentre per via di terra ha linee umane continue con tutta l'Europa, da Anversa nel Belgio alla Germania, dai paesi nordici alla penisola Iberica (73).

Fra le comunità straniere stabilitesi in Ancona, egli naturalmente insiste sull'ebraica, ma come al solito non si ferma in superficie. Nella descrizione delle malattie riscontrate nei suoi componenti, ci svela particolari lati della loro costituzione psichica, almeno in quel tempo; rappresentata da una certa instabilità di carattere, una notevole tendenza alla depressione ed alla malinconia, l'andare incontro a quelle burrasche sentimentali, a mali d'amore, come l' ...«*Hebreus, puellae Hebraeae, amore captus...*» che per la passione arriva addirittura all'insania.

In tutti i modi, le *puellae*, le *mulieres*, le *viduae*; i singoli personaggi con l'indicazione della strada, della casa, del mestiere, sono infiniti, e costituiscono un quadro non solo vivace ma realistico e sincero.

Il Lusitano ha poi la grande abilità di saper dare con poche parole, un'esatta idea del proprio paziente, dalla costituzione fisica, al suo psichismo, all'ambiente in cui vive ...«*Mulier nobilis, quae ad mare abitat, pulcre si qua altera...*» (74) ed ecco ancora qualc'altro esempio ...«*Virgo delicata*

*Curatio quadragesimatertia de tertiana, gelidæ potu
expulsa.*

I O A N N E S Thomafius, mercator Venetus, & frater
pharmacopolæ Venetijs præfatis in officina tripli
ci corona insignita, quum ex Antuerpia Anconam
uenisset, ex itineris longitudine, & laboribus cōtractis,
Fractus & confectus, in tertianam incidit, ad quem cum
intraret medicus quidam & illi minorans medicamen-
tum propinaret, & sanguinem per uenæ sectionem ex-
traheret, & syrupos illi concederet, & grauisime habe-
ret, elapsis quatuor paroxyfmis, ad eum sum uocatus die
paroxyfmi, quem magna & ingenti febre afflictu, ac ual-
lidissima siti cruciatum comperio, in qua accessione af-
fistentes illi aquam obnegabant, ego uero, hominem sic
eo tempore uexatum & ualde siticulosum uidens, lin-
guam admodum quoque aridam habentem, in cuius uri-
na nescio quid sublimamenti conspiciebatur, aquam ad
fatietatem bibere concedo. quā ille auidissime uno hau-
sto, affatim ebibit, à cuius potu uehementer sudauit, &
ita bene habuit, ut sequentis paroxyfmi die, immunis e-
uaferit, ne tamen in morbum recideret, ex māna, & rha-
barbari diluto, purgatus fuit, & basilice habuit.

*Curatio quadragesimaquarta in qua agitur, de colico
dolore.*

P E T R V T I V S Bergomas, Anconæ mercator, quum
dolore colico uexaretur, ab iniecto clysterio emol-
liente, clysteribus acribus & potētibus usi sumus,
& breui

*Curatio quinquagesimaquarta de puero nigente lotiū
nigrum, qui non febriebat, sed scabiem ulcērosam
multam in capite, & collo, patiebatur.*

FILIVS Angeli Anconitani, natus annos quinq;, obefulus, cum bene recteque ut parentibus uidebatur, gubernatus esset, circa præcipue sex res non naturales, in capite, & collo, multam scabiē crustosam, ulcērosamve passus est, ex qua ichores & sanies multæ in dies fluebant, cæterum, elapso mense, à morbo, puer hic lotium multum nigrum ad tres dies non sine acrimonia & uirgæ dolore meiebat, absque tamen febre, porro recte gubernato puero, & abstemio facto, mannæ uncias duas iure pulli incocti lactuca, exceptas, bibit, quas illico uomuit, sed postea ex calsia ægyptiaca atramentum manibus suis exemptum, comedit, quo alius optime respondit, & melius habuit, ad sequentes uero octo dies, singulis auroris, singulas gabatas plenas, iuscule pulli incocti malua, & paucis foliis senæ, bibebat, & tandem sanus est factus, nec enim ad capitis scabiem quicquam admouendum permisi, ex se enim postea sanata est. Cæterum, lotium nigrum quod puer hic misit, crisis & terminus fere huius morbi fuit.

*Curatio quinquagesimaquinta in qua agitur,
de Angina.*

PISTOR, Qui ad facellum Diui Marci habitat, angina laborabat, febriebat, tussiebat, difficulter respirabat, os non aperiebat, ad latus sinistrum phlegmon magis daclinabat. quibus animaduersis, illico cephalicam sinistri brachii locum læsum respicientem, secare iussi, & sanguinis uncias decem per interualla demere, vires constabant, & emplastrum extra admouere iussi, nam & gargarismo utebatur. Cuius usu, & emplastrum
stri

stri beneficio, disrupta phlegmone ægrotus ab orci faucibus reuocatus est, tunc uero, aqua mellis gargarizabat, & paucis postea diebus pancreaticæ habuit. Erat autem emplastrum ex nido hirundinis apparatus, ut sepe iam me fecisse uidistis.

Curatio quinquagesima sexta, de morbo gallico, uarijs symptomatis complicato.

L V C A, ligurus, Vir robustus, & rei maritimæ maximus explorator, quum ex Alexandria Anconâ nauigaret, ita male affectus, & uariis uitiis oppressus erat, ut pedibus deambulare non posset. Nam, morbo gallico uehementissime uexabatur, & eiusdem ulceribus, ab umbilico ad pudenda illi omnes particulae excorticatae erant, ad hæc, brachiorum, ita intensum dolorem patiebatur, ut ea mouere non posset, nec eisdem functiones obire, per uniuersum quoque corpus, papulas plures habebat, nonnullas uero crustaceas, Gonorrhæam namq; iam diu illi familiarem, omnibus prædictis coniunctam quoque patiebatur, cum quibus omnibus uires imbecilles quadam cum febricula erant. curaturus igitur hunc, primo eum reficiendum, ei usq; uires instaurandas putavi, deficiente namque facultate uitali, curatio cassa, & nulla sit necesse est, ut ex Galeni libris, docti euadimus, interim tamen ulcerum aliqua nobis cura erat, quia eis maxime torquebatur, adeo ut nec syndones, nec stragula opertoria, supra se ferret, tunc ea ulcera lauacro exiccandi, & abstergendi uires habente, abluerantur, & unguento plumbeo inungebantur, relictis tandem uiribus, intra octo dies, hunc leuiori quodâ pharmaco, purgauimus, quo optime aluus rûdit, tandè pro extirpanda mala qualitate, iecinori, & reliquis mēbris impressa, q̄ prima intētio in curatione esse merito debuerat, ad decoctum radicis synarum bibendum eū traxi, quod ad viginti quatuor dies ebibit, & eo parum

F 4 sudabat,

Curatio septuagesimo octava, in qua agitur de dysenteria vera.

MILBS qui Senensi bello, Anconam reuerfus est, & extra urbem ad turrim tabernulæ agebat, iamdiu est dysenteria laborabat, ad quem accitus ipse, eum prædicto morbo laborare inueni: nam hic multum egerebat, cum sanguinis aliquali permistione, & circa umbilicum dolebat, & non febricitabat, & ad oblata non bene se habebat. Huius igitur curationem succipiētes nos, lac, ferreis soleis equorum ignitis bene coctum, quoad serosa pars ex toto consumpta sit, bibendū ieiuno stomacho dedimus, ex quo lacte, clysteres quoque parare illico fecimus, neque minus per exteriora uenter inungeretur ex unguēto à corticibus parato, curauimus, quibus intra biduum optime se habuit. Cæterum cibus huic ex capro asso parabatur, non nisi resperfus boli Armeniæ puluere, aut simili, sed postea clysteres parati sunt, ex plantagine, centum nodia, summitatibus rubi, in aqua calibeatâ, adiecto seuo hircino, oleo myrtillorum, pulueribus thuris, mallichis, sanguinis draconis, boli Armeniæ, & similibus, de quibus secunda Centuria multa, si recte teneo, dixi.

S C H O L I A.

DYSENTERIA hæc, neque à bile meraca ortum trahebat neque eam febris comitabatur: proinde eam lacte sic curauimus, & agrum breui in sanitatem traximus. Tu uero optime lector, qui huius rei multa & pulchra desideras, lege secundam nostram Centuriam.

Curatio quadragesimo octaua de dolore occupante sinistras costas mendosas .



QVI ex Apulia Anconam venit, vir robustus, ætate quadraginta annorum, quum antea morbo laborauerat, & bene iam se valere putaret: quū cœnaret, vigente ætate dolore correptus fuit, versus costas nothas, & illas quidem sinistras: Ita enim dolor illum vexabat, vt æger tremore corripereetur, valde gemebat, multum quærebat, non dormiebat, in angusto demum res erat. Nam & quæ cœnauerat, illico euomuit, mane tandem accedens illum prædicto modo afflictum inuenio: Clysteres nullatenus ferebat, tunc basilicam sinistri brachij tundere, sanguinemq; ad vncias quinque fluere, iubeo: à sanguinis verò extractione multa euomuit biliosa post quæ aliquantulum melius habuit: sed tunc ad topica deuenimus medicamenta: præcipuè verò ad fomentum sequens. Nã antea parietariam, butyro frictam mulieres, sed frustra, remediũ illis satis familiare tentauerant: Habet igitur fomentum sic: R. camomillæ, meliloti, anethi, rosarum siccarum, foliorum taxi barbati, parietariæ, sticados, betonicæ, ana manip. j. scœni Græci, seminis lini ana pug. j. sem. ameos, feminis anethi ana vnciam vnam, in libris duodecim aquæ fiat decoctio sufficiens & cola, cui a lde olei camomillini, anethini ana vncias tres, misceto, in quo fitiũ imbibito, ac expressum, calidum loco doloroso superimponito, & sæpe iterato, vice verò clysteris, quem pati renuebat, potum istum descripsimus. R. camomillæ, meliloti, anethi, scœni Græci, seminis lini ana manip. j. in aqua fiat decoctio secundum art;

I 2 quousque

puella Recinensis ... (75), *Elegans et optime staturae juvenis*, (76) *Juvenis illa quae ex Manfredonia Anconam venit, natas annos sedecim pulcra facie. Mulier veneta quae ex auro et argento, muliebres coronas parare solet, in aurora febrile coepit...*» (77) Neanche si può disconoscere come egli fosse bene accetto e godesse di molta fiducia presso le comunità religiose femminili. Nella *XLIII memoria* della *III centuria*, cura una ...«*Religiosa Maria, nobilis Florentina, omnium mihi carissima, iuvenis et moris sanctitate et pulchredine insignis ...*» Così, tanto per citare un solo esempio; ma dall'attento esame delle sue memorie, si può dire che non vi sia stata comunità religiosa maschile o femminile d'Ancona, in cui il Lusitano non abbia avuto accesso ben desiderato. *Anche nel Dioscoride*, nell'*Enarratio VIII*^ del libro III a proposito del (*Cardo*) egli cita il reverendo Leonardo Bartolo d'Urbino, priore degnissimo dei domenicani d'Ancona.

Egli è amico di tanti in Ancona, delle più disparate condizioni civili, mettendo in evidenza questi sentimenti di simpatia ed amicizia tutte le volte che gli si presenta l'occasione. Nella *LXVIII memoria* della *III centuria* ha modo di parlare di un ...«*Mercator Ariminensis, ... cum Recanatenses mundinas peteret, Anconae saeve crudeli pleuritide correptus fuit ...*» e *sul quale non può fare a meno di aggiungere ... «vir me hercle probus ...*» (78). I suoi stretti e continui rapporti con i librai veneti lo fanno anche il medico di fiducia di questi e dei loro familiari. In una sua *memoria* leggiamo come avesse in cura ...*Marci librari veneti sororius...*» Egli ha diversi clienti fedeli a Montesanto nei pressi di Recanati, patria di Horatio Augenio. Cura in Ancona un giovane Pandolfo che frequentava lo studio generale di Padova, prescelto nel cinquecento dai nostri conterranei. Una donna le viene inviata da Sant'Elpidio, ma ci fa anche conoscere un bel numero di medici che esercitavano in Ancona, come il chirurgo Pietro da Camerino. Mentre l'indicazione di ben precise specializzazioni, di arti, mestieri, di commerci ed infine anche agricoli, la possiamo prendere ovunque, infatti ove parla della malattia di un tal anconitano, non può fare a meno di dirci che egli esercita il mestiere di «potatore di vigne». Per tutto questo così vario, imponente, impreveduto contenuto, il libro delle *sette centurie* ed il *Commento al Dioscoride*, costituiscono sempre una fonte da non tralasciare per completare ogni serio studio della vita anconitana del cinquecento.

Il *Commento al Dioscoride*, dal suo canto, deve essere sempre tenuto presente da colui che si accinge ad una approfondita indagine sui traffici della nostra città, sulle rotte marine e terrestri, sugli uomini nel tempo e soprattutto, se si interrogano le edizioni pubblicate dopo il 1549, per le pre-

Curatio lxxiiij. in qua agitur de crustoso ulcere aures & faciem inficiente.

I V V E N I S illa, quæ ex Manfredonia Anconam venit, nata annos sedecim, pulchra facie, post elapsum à conjugio annū, eius aures, & faciei pars, ulcere crustoso quodam infecta fuerūt: quod per tēpus latitabat, sed postea repullulabat. Pruriebat ulcus hoc, & aures corrodebat. Cuius causam inquirens, comperio ab eo tempore quo morbus inuasit, hanc vigente æstate, ad solis radios caput, ut capillos aureos & crispōs redderet, apertum & nudum habere. Quo factum est, ut humor biliosus acris factus, extra ad aures & faciei partes attractus, scōdum prædictū ulcus cau-
faret. Quibus addebat, caput ad eundem effectum fortissimo lixi-
uio bis lingulis hebdomadis lauare, pro cuius curatiua metho-
do, parte artis præseruatiua dicta præsupposita, quæ futurum in-
commodum idoneis præsidiiis præcauendo prospicit, ad alteram
curatiuā, quæ quod iam factum est delet & eliminat, accedimus.
Quanquam in hoc casu hæ duæ artis partes inuicem connectun-
tur. Sublata siquidem causa ex qua morbus hic fit, & factus est,
ilico quilibet cessabit effectus, & partes infectæ ad naturæ suæ stā-
tum reuertentur. Erīt itaque præcipua curationis indicatio, bi-
l. osi

liosi, acris, & ferè adusti humoris euacuatio, qui crustosum vlcus hoc gignebat. Secundo, capitis malam intemperiem calidam, & siccam refrenare: ob quam per interualla, auctis excrementis vlcus repullulabat. Ab insolati igitur, & rebus eam fouentibus abstinebat. Postremo ipsius capitis roboratio procurata fuit: & ipsa sanitati restituta. At quia capitis affectiones recte non curantur, nisi vniuersum prius corpus inaniatur, à vacuatione vniuersali vniuersum corpus inaniente, initium fecimus: & primo quidem purgatorio hoc medicamento. R. floris cassiæ recens extracti, ʒ. j. Confectionis de seni. ʒ. ij. Cum saccharo fiat bolus, què capiat ante prandium spacio duarum horarum, quo optimè egesit. Sequentibus verò diebus syrupum hunc ebibit. R. aquæ decoctionis hordei excorticati ʒ. iij. iulep violacei ʒ. j. & s. misce, post octo uerò ebibitos, sic descriptum fuit. R. pilularum cochiarum drach. s. aurearum ʒ. ij. de fumo terræ ʒ. s. diagridii gra. ʒ. cum electuario de succo rosarum Mesue, formentur pilulæ quinque, quas quum uadit dormitum capiat. Eis autem optimè alius respondit. Sed interea dum hæc machinabantur, vnguentū parti exteriori affectæ admouebatur, quod habet. R. vnguenti de Lythargyro ʒ. j. populeonis, de plumbo ana ʒ. s. misce, & in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo fiat vnguentum. Deposita autem materia pro mala intemperie calida domanda, ex cubiti exteriori vena (cephalicam medici dicunt) sanguinis vncias sex extrahere fecimus: Sed interpellatis diebus quatuor, vt vires reficerentur, syrupum violaceum cum prædicta hordeacea per aliquot dies iterauimus, & scapulis cucurbitulas cum scarificatione admouimus, & tetro aures hirudines. Post quæ omnia, ad catapotia ex nitro secundum Alexādrum parata deuenimus, quæ in eis affectionibus primatum habent: tandem lauacro capiti admoto ex rosis siccis, chamæmelo, myrtho, & similibus refrigerantibus, & roborantibus confecto, præassumpto condito describendo, & ebibitis destillatitiis aquis, sanitati fuit restituta: nec amplius in dictam affectionem lapsa est. At quum mentes suo constituto tempore optimè respondebant, de illis nulla in hac curatione mentio facta est. Conditum, conserua dicta. R. succhari borraginati, rosati, buglossati, uiolacei, ana ʒ. j. pulueris santalorum rubeorum, & alborum, ana drachmam vnam, & s. cum syrupo rosaceo simplici. misce, fiat mistura, & folio auri in auretur. Aquæ de super ebibendæ. R. aquarum uiolarum, borraginis, cicoreæ, ana lib. s. misce. Eis autem clausa fuit curatio, habita victus ratione conuenienti, & cæteris huic rei annexis.

S C H O L I A.

*Curatio quadragesimatertia, in qua agitur de cordis pal-
pitatione, ægritudine, quam cordis tremorem, medi-
ci vocant.*

RELIGIOSA Maria, nobilis Florentina, omnium mihi
charissima, iuuenis & morum sanctitate, & pulchritudine in-
signis: cum ætatis suæ annum vigesimum ingrederetur, de cor-
dis palpitatione, tremore quoque dicto morbo, corripit, &
& eo quidem vt paucis percipiebamus ab humore qui in pericar-
dio continetur plus iusto aucto, originem trahente, cum ipsa
magnam cordis eleuationem depressionem uel perſentiebat: adeo
vt cor palpitare ac tremere sæpe inculcarer, & ita esse hæc testa-
bantur, quia emaciari indies magis videbatur, & sæpe cum in-
genti capitis dolore in ſyncopim incidebat, quæ tametsi raro fe-
bricitabat, pulsum tamen languidum & mollem habebat, cum
quibus omnibus iuueni huic affueti menses nunquam defuere,
sed semper suo affueto more effluxere, copiosi admodum & ru-
bicundi. Huius igitur præclaræ & optimæ indolis puellæ con-
sulturus salutis, Hippocratis & Galeni doctrina instructus, à san-
guinis missione per iecoratiæ sectionem auspicatus sum, ex eoq;
fluere permittens ad libram mediam, post quam sanguinis mis-
sionem, syrupum hunc ebiberet mandauimus, qui habet. R. Sy-
rupi de melissophyllo, id est melissæ succo saccharo parati vn-
ciam

ciam unam, fyrupi de pomis saporis, de mentha, ana drachmas sex, decocti sene, cum additione pomorum camuliorum optime redolentium, vt Salmanticæ, & Alcobatiæ, & Antuerpiæ comperiuntur, vel eorum vice, apianorum in Italia repertorum vncias quinque, cum albumine oui clarificetur, & scriptulo vno agallochi, id est ligni aloes optimi aromatizetur, & vespere ante cœnam duas horas, iteretur, & per aliquot dies continuetur. Victus ratio in vniuersum exiccatoria & attenuatoria erat, sed optimi succi. At potus, uinum meratius est, pauca tamen in quantitate: cætera vero quæ spiritum vitalem perturbât & resoluât abnegabantur, vt ira, timor, mœror, fames, vigilia, frigus, æstus, & cibi mali succi, aer tamen ad calidum & siccum declinabat. Præparata igitur ad exitum intra octo dies communi totius corporis materia, per pharmacum ex rhabarbaro & agarico concinnatum, eam euacuauimus semper ante & post soliti de alui respondentia, clysteri, uel balano, quando præcipue natura consueta non remittebat. à qua purgatione, uno vel altero interposito die, ad cordis regionem cucurbitulam vnam magnam & multa flamma ignitam affigi fecimus, non nisi vt decet, prius cute per parua vulnuscula incisa, quo opere optime valere dixit: cum post sanguinem per ea vulnuscula extractum, humor multus per eadem, sale respersa, ad aliquot dies exudauit. Sed postea epithematis cordialibus sæpe admotis, & conferuis ventriculorum & cor roborantibus comestis, ac iterata purgatione dicta, & cucurbitula iam applicita, intra mensem ex toto sanata est, habent autem epithemata sic. R. Aquarum floris arantij, melissæ, an. libram med. specierum diamoschi, diambræ. ana scrup. ii. croci optimi, gran. iii. vini maluatij vncias duas, galliæ moscatæ mesuæ scrupu. i. garyophyllorum, corticij citri, ana drachmam mediam, florum arantiorum, pseudodiptami, ana drachmam vnam. Omnia in olla noua, vt decet tractentur, & ad ignem admota, in iisdem pannus ruber cocco, vel charmusino infectus immergatur, & paululum expressus sic calidus cordi admoueat, & sæpe innouetur. Huic vero epithemati, varia alia parari possunt similia, modo medici simplicium & adornantium exactam cognitionem habeant, aliter non secus ac artifices cœci hebebuntur, qui nihil præter à libris emendicata, miseris ægrotantibus, non sine ingenti periculo describunt. Sed quali iudicio, docti norunt, ex multis tamen simplicibus pauca hæc ad institutum nostrum faciunt, crocus, ambræ, moschus, styrax, agallochon, gariophyllus, macer, id est, ma

D d cis,

cis, melissa, buglossus, zedoaria, zurumbet, bæen album & rubrum, zibetum, santalus citrinus, flos arantiorum, flos citri & limonum, flos rorismarini, qui à pharmacopolis anthos particulariter dicitur, flos pseudodiptami, flos myrti, vinum cretense, poma odorifera, os de corde cerui, modo verum sit, & varia alia quæ consulto subtrahimus: ex compositis vero sunt, diambra, diamoschus, dianthos, pliris arcticon. citra condita, electuarium aromaticum moschatum à Mesue descriptum, electuarium rosatum Gabrielis: quanquam eo efficacius sit aromaticum rosatum à Mesue descriptum, raro in usu habitum, electuarium lætificans Conciliatoris, ex differentia centesima nonagesima sexta decerptum, vel lætificans Rasis ex libro nono ad Almanzoré & quinto cõtinentis, & varia alia quæ consulto prætermittimus. Sed temporis processu sacculus hunc cordi admotum semper defererebat, qui habet. R. Specierû diamoschi dulcis drachmas duas, diambrae drachmam vnam, florum arantii, melissæ, buglossi, ana manipulum vnum, xyloalques agallochi dicti drachmam mediam, cinnamomi optimi & veri, gariophyllorum, croci, ana unc. iiij. corticum citri, unc. duas, omnia in puluerem redigantur, & fiat sacculus inter ceptus serico, & supra cor vt dixi applicitum deferat.

S C H O L I A.

TRADIT Galenus libro quinto De locis affectis capite secundo. Est & alius affectus, palpitatio videlicet cordis, aut per se eueniens, aut cum suspiratione quadam, quod in humore cor ipsum moueatur. Neque enim mirum videri debet tantam humoris multitudinem cumulari aliquando in ambiente cor tunica, vt ipsum ne attollatur impedire possit: quippe in animalibus dissectis vidimus plerunque plurimum humoris, vrinæ speciem referentis, in eo qui ipsum inuoluit panniculo contineri. Etenim simia quadam cum emaciari in dies videretur, eam tamen necessarijs nostris negocijs impediti, secare in tempore non potuimus: post mortem vero, reliquis corporis partibus omnibus illæsis, inuentus est in ambiente cor tunica tumor præter naturam humorem in se continens, qualem pustula, quæ Græci hydatidis vocant, emittere solent. Atque in gallo quoque vidimus, cordis tunicam huiusmodi tumore & quidem duro affectam, perinde ac si plures crasse membrane inuolutæ altera alteri fuissent. Verum in eo nihil humoris continebatur: vnde verisimilis coniectura elicitur, homines etiam similibus posse affectibus infestari. hæcenus Galeni verba, quæ sic ad amussim citare placuit, vt Zoaris errorem libri sui Thaisir in præsentem patefaciam: qui prædicti libri parte prima capite quarto tractat. duodec. audeat dicere Galenum huius morbi nullam penitus fecisse mentionem, sed quo errore, norunt

norunt omnes a nobis citata Galeni verba legentes, quæ Auicenna vt solent, non siluit, Fen vndecima, libri tertij, tractatu secundo, quo de cordis tremore agit, & Aetius sermone octauo sue medicinae, capite quinquagesimo octauo, & post hunc Paulus libro suo tertio capite trigesimo quarto. Cæterum ex dictis satis liquet. Curtium in Mundini Anatomia hallucinatū, cum de humore in pericardio contento agat folio ducentesimo nonagesimo quarto: vbi Zoarem forte secutus aquam illam in panniculo cor ambiente non reperiri contendit, quod si reperitur eum in corpore egrotante vel mortuo reperiri. minime vero sano contendit: cuius rationes vt pote ficulne prætermitto, quum aqua hæc etiam in corpore inculpate sano reperiatu, vt ex Galeni citatis verbis facile quis percipiet. Vnde vero aqua hæc oritur, & ad quem finem orta sit, vt Curtio, & alijs Carpium sequentibus, satisfaciamus, Hippocratis verbis respondemus, qui aquam hanc, in eo qui cor inuoluit panniculo contineri, corpore optima surgente valetudine tradit, vt apud eum legitur initio libri de corde ad hunc modum. cor figura velut pyramis est, colore autem abunde puniceo, & tunicam leuem circum datam habet, & est in ipsa humor modicus velut vrina, vt putare possis in vesica cor diuersari, facta est autem ea gratia, vt sanum in custodia florescat: habet autem humiditatem tantam, quanta satis est astuanti in medellam. Cæterum hunc humorem cor emingit, bibendo ipsum assumens, ac consumens pulmonis nimirum potum lambens, & cætera, quæ Galenus sæpe in eius doctrina inculcat, dicens potus aliquid semper in asperam arteriam errare, qui humor à corde attractus, postea ad ambientem tunicam remittitur. plura vero quæ huic rei facere possunt, consulto prætermittimus, quando hæc iam nunc sufficiant, & eo magis si noueritis cardiacum morbum oris ventriculi affectionem esse, non vero cordis, porro cucurbitulam cordis regioni admotam, vt summum remedium in hoc morbo habeto.

Curatio quinquagesima in qua agitur de malignis quibusdam tuberculis, quæ in digitorum articulis sæpe oriri solent.

ROSA, mulier Anconitana, sexaginta nata annos, articulario morbo obnoxia, in manus pollice digito, tuberculum articulum prehēdens passa est, ex eorum genere, quæ dolores, & grauia symptomata afferre solent, pro quo domando, illico emplastrum parare iubeo, quo nullum præstantius aut diuinius excogitari potest, & supra tuberculum admouere. habet autem remedium sic. ℞. scabiosæ herbæ, pugillum unum, fuliginis camini, unciam unam, album oui unū uel duo, salis drachmas tres, omnia optime triturentur, & fiat emplastrum, & supra tuberculum apponatur. Cæterum, si tuberculum tibi incidendum uidebitur, incide & aperi, cui quoque sic adaptato emplastrum admoueat, eo enim dolores, & symptomata pessima euenire solita, ex ijs tuberculis, leniuntur, & sæpe omnino remittuntur, immo & tuberculum ipsum, hoc remedio minuitur, & delitescit. Cæterum, si tibi uidebitur corrodendam esse carnem, prout sæpe euenit, utere alumine rochæ exusto, uel unguento apostolico, uel simili alio; supra tuberculum prædictum semper ponendo emplastrum, quousque omnino compos uoti sis, sic enim mulier hæc sanata est, nec in digito uisium aliquod relictum fuit, ut sæpe ex iis tuberculis cōtrahi solet.

SCHOLIA.

EST tuberculum hoc, ex eorum genere, quæ tria sæpe citantur, scilicet

F 2 coma,

*Curatio trigesimanona, in qua agitur de ventris dolore,
ob durum retentum stercus .*

MERCATOR, cui ventris ingens erat dolor, & pro eo propulsando, clysteres plures pararunt, & absque fructu & profectu iniecerunt: cum ad eum perueni, ex oleo communi ad manus habito, sed parum tepente, illico nulla interposita mora, clysterem parare feci, & immittere, sed interea clyster hic parabatur, clysteres emolliendi uim habentes concinnabantur, dein potentiores, habent ante emollientes clysteres sic. R. Malux, branchæ ursinæ, foliorum caulis, betæ, ana manipulum unum, seminis lini, scænuigræci, ana pugillum unum, caricarum numero quindecim. In aqua fiat decoctio, facta colatura. R. Prædicti decocti lib. unam & med. cui adde, butyri, olei, seminis lini, mellis rosati colatitii, ana uncias duas, salis drachmam unam, Misce fiat clyster. Clysteres uero acres ita habent. R. Centaurii minoris, camepitis, camedreos, ana manipulum unum, seminis cartami, urticæ, ameos, sylvæ montani, an. unciam unam, ficuum pinguium numero duodecim, in lixiuio leuiori fiat decoctio. R. Prædicti decocti uncias quindecim, mellis rosati colatitii, olei rutacei, ana uncias duas, diaphiniconis unciam unā, trochiscorum alandaal scriptulos duos, uitelli oui, numero duos, salis drachmam unam & mediam, misce, fiat clyster. Cæterum exterius eius aluus unguento de agrippa, & althææ inungebatur, & sanatus est.

*Curatio quadragesima, in qua agitur de febre continua,
excrementis habente .*

PANDOLPHVS iuuenis nobilis Anconitanus literis operam dans, cum Patauio Anconam rediret, in febrim incidit, & eam quidem biliosam, malignam, ex genere earum quæ
nunc

nunc publicè grassantur : nam cum semper affligit, à meridie tamen grauius corripit, adeo ut æger noctu non dormiat, neque quiescat, cum quibus aphtæ in gutture apparuerunt, ut omnibus fere nunc febrientibus euenit : hic cum secta illi uena esset, & sanguis extractus & syruos acetosos & refrigerantes ebiberet, ac de aphtis, hoc est, oris ulceribus, cura haberetur, pharmacum ante septimum ebibit, & optime egessit. Cæterum septimo die rigor huic paruus superuenit, quem febris consueta sequuta fuit, pro qua abigenda, syruos aperiendi meatus, & recludendi oppilationes cum quadam refrigerandi ui, concessimus: properabat autem autumnus: habent autem syrui, vel potius apozemata, sic. R. Radicum endiuix, buglossis, borraginis, petrosilini, ana vnciam vnam, tamarindorum, folliculorum sene, liquiritiæ, an. vnciam mediam, prunorum pinguium, numero duodecim, hordei integri libram mediam, florum borraginis, buglossi, cicoreæ, an. vnciam mediam, feminis mellonis, cucurbitæ, citruli, an. drachmas sex. In libris septem aquæ fiat decoctio, quousque maneant libræ quatuor: facta colatura, adde, syrui bisantini completi, hoc est, cum aceto, de cicorea cû rhabbaro, an. vncias tres. Misce, fiat apozema: de quo singulis diebus in aurora ieiuno stomacho, septé vel octo vncias bibat, & desuper dormiat, exterius vero, venter vnguento deopilatiuo à succis dicto, inungebatur: cuius descriptionem prioribus Céturijs descripsimus. Porro pro renum dolore, quo maxime cruciabatur, vnguentum Galeni, dictum ceratum refrigerans Galeni: aut album Galeni, paratû fuit, quo inungebatur. Huic, vinum per totum hoc tempus abnegatum fuit, post septem tamen dies pullorû carnes concessimus: duodecimo vero die, ab ingestio syrupo rosaceo solutiuo, cû aqua endiuix in qua rhabbarum per noctem maceratum fuit, quæ purganda erant, purgata sunt, & tandem decimoquarto sanatus est. Ori tamen ventriculi, ob assumpta & morbum ipsum debiliori facto, ceratum roborans, scuti figura, in panno cocco infecto extensum, apt. licitû fuit, & saccharum rosaceum, cum speciebus diarhodonis abbat. ad aliquot dies, ieiuno stomacho comedebat.

*Curatio quadragesimasexta , in qua agitur de Stomachi
cuiusdam erosionibus , ad quas postea supra mamillā
sinistram secuti sunt carbones siue carbunculi tres .*

ANTONIUS Chius homo vinosus, ætatis suę anno quin-
quagesimo quinto properate hyeme, circa ventriculum erosio-
nes, & morsus quosdam patiebatur, sentiebat uē, & ita infestan-
tes, ut viscera illi dilacerari exclamaret. Præsens igitur ipse, &
eius uentriculū infra cartilaginē ensiformē (seu malū punicū, aut
malū granatū dictā) quæ disertissimis anatomicis in medio perfo-
rata cernitur, ut ipse sæpe vidi, tangens subduriusculum inueni.
Protinus igitur contra morbum agentes nos, exterius fomen-
tum emolliens & dolores leniēs cum spongia sæpe admouimus
& interius oxymel compositum illi dedimus, ac postea interie-
ctis paucis diebus, catapotia illi propinauimus, ex hiera cum
